

Barthold Ernst Glüer

Commentatiuncula Philologica, De Non Deponendo Gladio Ad Aquas, Ad Nehem. Cap. IV. 17. Qua Viro ... Joachimo Friderico Storchio, Pastori ... Jabelens. Et Wangelinens. Ad Fini Meo Et Fautori Æstumatissimo De Nuptiis Suis Cum Virgine ... Sophia Elisabeth Balckia, Filia ... Viri ... Zachariae Henrici Balckii, d. 13. Februarii Ao. MDCCLVI. Feliciter Celebrandis Ex Animo Gratulari Volui Barthold Ernst Glüer Pastor Ecclesiae Wattmanshagiensis

Gustroviae: Fritzius, 1756

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774636866>


Druck Freier  Zugang




Glüer, B. E.,

in J. J. Storch,

Sophiam^a elif. Balox.





Z. Z. North & U. Balck
COMMENTATIUNCULA PHILOLOGICA,
DE
NON DEPONENDO GLADIO AD AQUAS,
AD NEHEM. CAP. IV. 17.

QUA
VIRO PLURIMUM REVERENDO, DOCTISSIMOQVE
**JOACHIMO FRIDE-
RICO STORCHIO,**

PASTORI ADJUNCTO ECCLESIAE JABELENS.
ET WANGELINENS.

AD FINI MEO ET FAUTORI ÆSTUMATISSIMO
DE NUPTIIS SUIIS

CUM
VIRGINE PRÆNOBILISSIMA ET ORNATISSIMA
**SOPHIA ELISABETH
BALCKIA,**

FILIA NATU MINORE
VIRO PLURIMUM REVERENDI, DOCTISSIMI ET MERITISSIMI
PASTORIS APUD JABELENSIS ET WANGELINENSIS

ZACHARIÆ HENRICI BALCKII,

13. FEBRUARII A. O. MDCCLVI.
VICITER CELEBRANDIS
EX ANIMO

GRATULARI VOLUI

Barthold Ernst Glüer

PASTOR ECCLESIAE WATTMANSHAGIENSIS.



GUSTROVIÆ,

TYPIS JOHAN. GOTTH. FRITZII, SERENIS. PRIN. TYPOGR. AUL.

COMMENTATA IN CUNCTIS PHILOLOGICA

NON DEPONENDO GLADIO AD AQUAS

AD NEHEM. CAP. XV. 17.

QUI

VIRO IN URIMUM REVERENDO, DOCTISSIMOQUE

JOACHIMO FRIDERICO STORCHIO,

PASTORI AD INVO. ECCLESIAE, JABEENSIS
ET WANGELIENSIS.
AD PNI MEO ET PASTORI ESTIMATISSIMO
DE NIPPIIS SUI

GRATIA

VIRGINE PRENOBILISSIMA ET ORNATISSIMA

SOPHIA ELISABETHA BALCKIA,

ETIA NATU MINORE

VIRI PRIMUM REVERENDI, DOCTISSIMI ET MERITISSIMI

PASTORIS APUD JABEENSIS ET WANGELIENSIS

ZACHARIAE HENRICI BALCKII,

IN FEBRUARIU AN. MDCCCLV
LICETUR CETERIS
EX ANIMO

GRATIAS AGIT


Barthold Glinz

PASTOR ECCLESIAE WATTMANNACHENSIS



CELESTINA

THOMAS GOTTLIEB, TYPIS TRIP. TYPOG. AUL.



Q. D. B. V.



§. I.
Quam diverse ultima verba ex Nehem. cap. IV. v. 17. ab Interpretibus sint translata, eos non fugit, quibus datum est, Scripturam S. in fonte legere, & Commentarios, Notasque Exegetarum consulere. Quot enim versiones de hoc commate exstant; tot quoque diversas habemus explicationes. Plurimæ earum sibi invicem contrariantur, & multæ dant sine sensu sonos.

§. II.

Nec vacat, nec lubet omnes aliorum sententias ac strophas, quas Commentarii exhibent, in medium proferre, & sub examen vocare. Huic enim negotio neque charta, neque tempus, neque studium sufficeret. Brevitatis causa modo unam, alteramve dicti hujus versionem adferam, & postea potiores, Interpretum tum antiquiorum, tum recentiorum, Exegesim adjungam. Quibus præmissis, & pro modulo ingenii mei ponderatis, non quoque deero, dictionem notatam secundum regulas hermeneuticæ sanioris, & usum lingvæ sanctæ brevibus explicare, faxit Deus feliciter!

§. III.

Ad versiones quod spectat, lubentissime initium facerem a septuaginta-virali interpretatione, quam quoque allegat, Vir plurimum Reverendus Zieglerus, in meditationibus suis, ad hunc locum, & refert, quod ita comparata sit, ut sensum ferme exprimat nullum, (a) credo autem quod Auctor celeberrimus, hoc in passu, memoria sua exciderit. LXX enim Interpretes hoc comma plane omiserunt. Claudunt caput quartum

(a) vide die Hamburgischen Berichte ad annum 1755. p. 234 sqq.

tum Nehemiæ in editione illa, qua ego utor, quæque, ut titulus habet, juxta Exemplar Vaticanum Romæ editum, Amstelodami MDCLXXXIII. impressa est, his verbis: καὶ οὐκ ἦν ἐξ ἡμῶν ἐκδιδουκόμενος ἀνήρ τὰ ἰμάτια αὐτοῦ. Ex quibus liquet, quod comma notatum in hac versione prorsus omissum fuerit.

§. IV.

Vulgata versio, & hic suas prædit laves, pro lubitu vel addit, vel detrahit, & hæc est: *unusquisque tantum nudabatur ad baptismum.* Diu multumque dubius hæsi, qui hæc interpretatio cum verbis hebraicis, in fonte occurrentibus, aliquo tantum modo, possit conciliari. Nesciebam, unde verbum: *nudabatur* petendum esset, & quo jure vocula: *והו* plane abjecta sit. Tandem mihi venit in suspicionem, quod Auctor hujus versionis verbum *והו* ex præcedentibus repetere studuerit, quum vero illud minus recte applicare didicit, factum est, ut textum corrumpere, & voculas abjicere maluerit, quam prorsus tacere, & hinc enata est manca illa, & mutila, quam indicavimus, versio.

§. V.

Piscator ita vertit: Ein jeglicher hatte seinen Spieß und das Wasser, quippe quæ metaphrasis, etiamsi fa-

cilis sit intellectu, neque in lingua germanica sensum prodat incommodum; accuratior tamen textus originalis inspectio facile dabit, quod hic loci obtineri nequeat. Negligit enim hebraicam verborum constructionem, & præter necessitatem voces quasdam auxiliares substituit, id quod infra paulo fusius indicabimus, quum copia nobis dabitur, sententias Commentariorum, qui in castra Piscatoris transferunt, dijudicandi.

§. VI.

B. D. Lutherus in aurea sua, & nobis notissima versione, hæc verba ita transfert: Ein jeglicher sieß das Baden anstehen. Nullum dubium restat, quin Vir doctissimus ad varium lavandi genus, quo Judæi in terra sua pulveris & squaloris plena utebantur, respexerit, quippe quod per הטו indigitari putavit, & quum insuper, ut opinor, credidit, voculam שלו hic forma quadam inusitata accipiendam, & a radice s. verbo להל derivandam esse, accidit, ut supra memoratam translationem confecerit. Diffiteri quoque non possum, quod hæc interpretatio præ aliis laudem mereatur, eo quod verbis ipsis adhæret, iisque insistit, nec quicquam vel adjicit vel detrahit, etiamsi a vera ac genuina vocum significatione paululum aberret, & hebraismum ex antecedentibus petendum non satis accurate respiciat, uti postea videbimus, cum justam & accuratam singulorum verborum explicationem instituemus, id quod vero temporibus, in quæ ætas B. Lutheri incidit, facile condonandum esse puto.

to. Exegesis enim tum non ea, quæ postmodum nacta est, habebat adminicula & incrementa. Nec arbitror, quæquam fore, qui vitio mihi vertat, quod versionem B. Lutheri deferam. Multi & quidem probatissimi Theologi jam ante me fuerunt, qui omni adhibito, erga B. Virum, honore, quem Ecclesia nostra meritis ipsius debet, idem facere non erubuerunt. (b) Ipse quoque Vir B. hac in parte tam modeste & humane se gessit, ut non plane perfectum se judicaret, sed aperte confessus sit, emendationes aliorum, si fundatæ essent, benevola fronte accipere. (c)

§. VII.

(b) vide Theophili Amelii Erörterung dunckler Schriftsteller, & si hic tibi non probatur, Theoph. Alethæum & imprimis B. Wolffium, Hamburgensium decus in curis philologico-criticis passim.

(c) vide Librum Lutheri, cui titulus præfigitur: Schemhamphoras, Tom. VIII. Jenens. fol. 135. ibi verba ejus hæc sunt: Ob man mich müste angreifen, und tadeln, der ich zuweisen in der Vollmetschung gefehlet hätte, das wil ich mit Danck annehmen, denn wie oft hat Hieronymus gefehlet, und ich sehe wie die 2 seinen Männer Pagninus und Sebast. Münsterus haben studio incrediblem, & diligentia inimitabili die Bibel verdolmetschet, viel gutes damit gethan, aber die Rabbinen sind ihnen etwa zu mächtig, & in præfatione psalmis præfixa: Wer wil so vermessen sagen, daß er gleich, als wenn er Christus und der Heil. Geist wäre, kein Wort wolte gefehlet haben.

§. VII.

Uti nunc versiones minime inter se conveniunt; sic & Commentarii in diversas abeunt partes. Sunt, qui putant, *Ευφροισμον* hic quærendum esse, quasi Nehemias dicere voluisset: *quisque deponebat illud, sc. vestimentum tantum ad aquas s. ad urinam reddendam* ita, ut vestes non aliam ob causam amoverint, quam si necessitas mingendi eos urgeret. (d) Ast quanquam facile largiamur, quod Scriptura S. alias stylo utatur casto ac verecundo, qua de re Philologi exempla satis plura collegerunt (e); tamen non capio, qui regula isthæc hic adplicari possit, præsertim cum verba in propria sua & nativa significatione sensum produnt facillimum. Quocirca & alii Commentatores aliam sunt ingressi viam.

§. VIII.

Non repetam uberius commentationes istas; quos Polus l. c. collegit. Qui eas relegere cupit, consulat Auctorem ipsum, ubi discrimina satis multa Interpretum ad hunc locum conspiciet. Satis habeo, ex veteribus unum adhuc Glasium, omnium Philologorum ætatis suæ facile Prinipem, adduxisse, quippe qui tropum hic quærit, ita scribens: (f) „Panis sumitur pro „quibusvis ad vitam sustinendam necessariis, inter- „dum

(d) confer. Poli Synopf. Criticor. ad h. l. ubi plura de hoc more Judæis consueto conspici possunt.

(e) Glafs. Philolog. S. p. m. 303 sqq.

(f) Idem p. m. 1914.

„dum aqua pani additur, ut Es. III. 1. Aqua sola eodem
 „significatu ponitur Nehem. IV. 17. Cuique gladius
 „suus & aqua esto. h. e. singuli armis & cibario instru-
 „cti comparento.“ Cui sententiæ subscribere quoque
 videtur Starckius (g). At, si pace tantorum Virorum
 dicam, quod est, & hi non omnem lapidem movisse
 mihi videntur. Nam ut taceam, quod, quantum ego
 novi, vox מים absolute posita nunquam in Scriptura S.
 eam habeat significationem, ut simpliciter victum vel
 cibarium denotet; Nehemias quoque secundum Glas-
 sii sententiam non המים sed ומים scribere debuisset, quare
 & alii Interpretes in hac explicatione nondum acquie-
 verunt, sed loco vexato lucem clariorem apponere la-
 borarunt.

§. IX.

EO tendit cura ac lucubratio duorum Virorum
 celebriorum, qui anno seculi hujus præterlapso, ope-
 ram suam in exponendo hoc dicto collocarunt. Unus
 est, Vir plurimum Reverendus Zieglerus, qui medita-
 tiones suas inseruit Relationibus Hamburgensibus de
 rebus Eruditorum ad annum 1755. p. 234 sqq. quippe qui
 comma hoc ita transfert (h) quisque nudabat gladium
 suum

(g) in Synopsi Biblioth. exeget. ad h. l.

(h) vide die Hamburgischen Berichte ad ann. & pag. cit.
 & quum ibi mentem Auctoris quisque fusius cogno-
 scere poterit, nobis sufficit, eam summatim indicasse.

suum nitentem. Ein jeglicher zog sein blanckes Schwertt aus; ein jeglicher entblößete seinen Degen. Bene quidem Vir doctissimus, notionem vocularum enucleavit, & dictionem ellipticam hic esse ostendit, hanc vero non complete & penitus hausit, dum particulam negandi, quæ utiqve ex præcedentibus repetenda erit, negligit, & præterea quoque in determinatione vocis מים a scopo aberrat, dum eam ex Arabismo petit, & tali significatione donat, quæ ei & penes Arabes tantum tropice competit. (i)

§. X.

Hinc quoque fiebat, ut postmodum alius assurgeret Vir Doctus & Exegeta, Celeberrimus nimirum Scholzius, qui & cogitationes suas in Relationibus Hambürgensibus patefecit, (k) effatum Nehemiæ ita μεταφραζων: Ein jeder ließ das Wasser fahren, quippe quæ verba etiamsi vagæ sint significationis & applicationis, & lectori modo hunc, modo illum sensum ingerere possint, tamen ex sequentibus patet, quod mens Auctoris præcipue eo tendat, ut Zieglero contradicat, & versionem B. Lutheri defendat. Priori inter alia objicit, significationem vocis מים, quæ nitorem indicaret,

(i) vide celeberrimi Schultens indicem voc. hebraic. ad rad. מים & מים sciatit aqua, facavit, illevit colore falso, q. d. aqveo colore pertinivit &c.

(k) vide die Hamb. Berichte ad annum 1755. p. 783 sqq.

caret, nimis contortam esse, nec ex Codice sacro, nedum ex Arabismo probari posse. Ad defensionem versionis Lutheri, quædam allegat loca Scripturæ S., in quibus pro tuenda opinione sua de verbo חרב argumenta quærit. Ast, si primum notamus, quod locus citatus non 2 Chron. XXXIII. 10., id quod forsan sphalma typographicum est, sed 2 Chron. XXIII. 10. occurrat, & satis indicet, vocem חרב hic per gladium suum verti debere; alter quoque locus ex 1 Chron. VIII. 8. incommode in subsidium vocatur, ibi enim longe alia constructio, ac in textu nostro, occurrit, id quod quisque facile cognoscet, qui tantum linguam hebraicam, primoribus, ut ajunt, labiis degustavit, & 1 Sam. XIV. 34. incongrue hic adplicatur, dum potius contrariam sententiam confirmat.

§. XI.

Hæc satis erunt de aliorum commentationibus. Restat, ut periculum faciamus, anne verba ventilata, pro scopo textus, & sua nativa significatione ita explicari possint, ut sensus evadat commodus ac planus, ipsique Nehemiæ proprius. Et hac quoque de re nullus dubito, præsertim cum & nexus historiæ, & verba ipsa justam explicationem suppeditant.

§. XII.

Ad connexionem quod spectat, in præcedentibus legimus, quod Nehemias, qui Pincerna Regis Persarum

rum hucusque fuerat, ab Imperatore suo veniam & facultatem impetrafset, urbem Hierosolymam restaurandi, mœnibusque eam sepiendi. Opus fideliter faciebat, & cum Suis muros collapsos rursus exstruebat. Hostes vero Judæorum, eos ædificantes prohibere conabantur, quare Nehemias Cives suos in diversas dividebat cohortes, ita, ut altera pars ædificaret, altera vero pars in armis esset, & urbem tueretur. Et quum hæc provida ipsius cura non omnia impedimenta removere posset, mandatum dabat, ut & ipsi ædificantes armis instructi comparerent. Ipse suo prævit exemplo, scribens: Ego autem & fratres mei, & pueri mei, & custodes, qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra, unusquisque nostrum non deponebat gladium suum ad aquas.

§. XIII.

Hæc mea est de effato Nehemiæ sententia & explicatio, quam nunc paulo fusius, secundum regulas artis hermeneuticæ, & usum lingvæ Sanctæ probabo. Quodsi enim verba abrupta שלוחו הרים extra coherentiam suam cum præcedentibus consideramus, incerti utique primum erimus, quid de illis cogitare fas sit. Omnis vero difficultas evanescet, si justas tantum applicamus regulas, quas genius lingvæ S. & circumstantia textus postulat.

§. XIV.

§. XIV.

Inprimis notandum, quod vocabulum חשׁ hic, ut alibi, denotet gladium, qua in significatione, versu præced. XI. hujus capituli occurrit (1). Et quum Nehemias de sedula sua suorumque cura agit, quam pro tuenda Civitate habebant; sic quoque facile est intellectu, Eum indicare voluisse, quod semper prompti paratique essent ad bellandum, & depellendam hostium potestatem. Quum vero verba per se, & extra connexionem suam considerata, id non satis distincte indicant, nec mentem Scriptoris aperte declarant, sic necessitas quædam nos urget, ea cum præcedentibus conjungere, & secundum analogiam lingvæ S. & aliorum locorum Scripturæ sensum completum elicere. Et hoc nobis non grave erit, dummodo particulam negantem, & verbum regens ex præcedentibus repetamus.

§. XV.

In prioribus Nehemias dixerat, neque se, neque suos deponere vestes, sed semper paratos esse, insultationes & excursions hostium excipere, nunc addit, & neminem eorum ne gladium quidem deponere, si a pulvere, & squalore, quibus incolæ in terra arida vexabantur, se irent lavatum, sed unumquempve & ad aquas armis instructum incedere. Quibus assertis, duo inprimis nobis probanda incumbunt, primum,

b 3

quod

(1) confer. Buxtorff. concordant. hebr.

quod verbum regens hic omiffum ex membro præcedente fit repetendum, tum, quod particula negativa eandem quoque admittat ellipfin reftituendam.

§. XVI.

Ad utrumque me accingam, & quæquam Philologi otia mihi hac in parte jam dudum fecerunt (m), tamen quædam adjungam loca, quæ in lectione S. S. quotidiana mihi occurrerunt. De ellipfi verbi ex membro præcedente repetendi, evolve Gen. I. 30. & collato antecedente verfu 29. facile videbis, hic omiffum effe נָתַתִּי, adde Devt. I. 4. Proverb. X. 23. 1 Chron. II. 23. fic quoque non dubitabis in dicto Nehemiæ verbum regens ex præcedentibus repetendum effe. Vbi exftat radix פָּשַׁט, quæ in Codice facro sæpius de veftibus exuendis ufurpatur, & nihil impedit, quominus hic ad gladium deponendum accommodari poffit.

§. XVII.

Particulam negantem וְאִי vel אִי per ellipfin sæpius omitti, & ex membro præcedente reftitui debere, res adeo clara eft, ut probatione vix indigeat. Quisquis lector facrarum literarum exempla fatis plura inveniet. Glaffius (n) & Noldius (o) ea collegerunt, quibus hac vice, ceu fpicilegium quoddam leve adjungo:

(m) vide Glaff. Philolog. S. p. m. 1198 fqq.

(n) Glaff. l. c.

(o) Noldius in Concordant. particul. p. m. 34.

jungo : Jer. X. 20. Ecclef. I. 11. Jud. II. 10. Deut. XXXIII. 6. Ex his fatis liquet, quod Nehemias in versu ſæpius memorato hæc dicere voluerit. “Neque ego, neque fratres mei, neque pueri mei, neque cuſtodes, qui poſt me erant deponebamus veſtimenta noſtra; immo ne ullus quidem noſtrum deponebat gladium ſuum ad aquas, quum ſe iret lavatum.,”

§. XVIII.

Plura non addam. Adſcribam tantum porisma illud pulchrum & acceptum, quod B. Oſiander in Bibliis ſuis latinis huic loco ad marginem his adjectis verbis inferuit : “Et Miniſtri Eccleſiæ & Magiſtratus ſuo exemplo in ſuſtinendis laboribus vocationis præeant aliis; ſic habebunt auditores & ſubditos longe promiſſiſſimos.,”

Quid hæc ſibi velint verba Tibi, Vir plurimum Reverende, & frater dilectiſſime, ignotum eſſe nequit. Munus eccleſiaſticum, quod legitimæ vocationis interventu Tibi nuper divinitus demandatum eſt, & ab Te poſtulat, ut nullis curis, nulli labori, atque moleſtiæ parcas, ſed opus Domini in conſtituenda & confirmanda eccleſia fideliter facias, id quod & TE facturum eſſe probe ſcio. Novi TE adſinis Dilectiſſime ἐξ ὀνύγων ἀπαλῶν. Novi pietatem tuam atque induſtriam, mihi ſemper probatam. Talis factus es, qualem Te ſemper cognitum judicavi, ſic & de futuro vere conjicere poſſum, Te nihil intermiſſurum fore, quod

quod regno Christi ullo modo commodum aliquod
 afferre poterit. Fac ergo, quæ agis, omnia in glori-
 am DEi, ecclesiæ emolumentum, & tuum ipsius com-
 modum atque salutem. Satanas & mundus obstacula
 Tibi & impedimenta satis multa oggerent. Ito vero
 iis obviam in timore DEi. Masculam ubique exerce
 & præsta fidem, sic divina suffultus gratia omnia in-
 commoda feliciter superabis. Preces meæ & inposte-
 rum Tibi tuisque sunt dicatæ.

Et quum hodie nuptias tuas celebras cum Virgi-
 ne ornatissima & Probatissima Balckia, meum quoque
 erit, vota mea calidissima Vobis ingenue consecrare.
 Habetote ergo ea brevibus :

Vincula, quæ necis, Fautor cum Conjuge cara,
 Hæc semper dulcis vincula amoris erunt,
 Colligat & pietas & candor pectora vestra,
 Ac nullus casus rumpere vincla potest.
 Est immota fides. quæ junxit foedere sacro
 Conjugium vestrum, quod DEus ipse probat.
 Ipse dabit vobis posthæc quoque tempora læta
 Quodque piis, vestro dixit idemque toro.
 Idcirco læti verbo confidite Summi
 Spes confisa DEo læta tropæa feret.
 Det DEus ex altis, ut vos benedictio cœli
 Irriget, ac hilaret prosperitate sua,
 Ut fructus multos casti cernatis amoris,
 Ædes qui vestras, conjugiumque beant,
 Cernatis multos soboles, gratosque nepotes,
 Et vobis similes adspiciatis eos.
 Vivite concordēs, Turtur cum Turture conjux,
 Gratia sic Summi portio vestra manet. &c. &c.

* * *

cilis sit intellectu, neque in lingua germ
prodat incommodum; accuratior tamen
nalis inspectio facile dabit, quod hic loci
queat. Negligit enim hebraicam verbo
ctionem, & præter necessitatem voces q
liares substituit, id quod infra paulo fu
mus, quum copia nobis dabitur, sententi
tariorum, qui in castra Piscatoris trans
dicandi.

§. VI.

B. D. Lutherus in aurea sua, & no
versione, hæc verba ita transfert: Ein jegl
Baden anstehen. Nullum dubium resta
doctissimus ad varium lavandi genus, o
terra sua pulveris & squaloris plena uteba
xerit, quippe quod per השים indigitari
quum insuper, vt opinor, credidit, vt
hic forma quadam inusitata accipiendam
f. verbo שלה derivandam esse, accidit, u
moratam translationem confecerit. Diffi
non possum, quod hæc interpretatio præ
mereatur, eo quod verbis ipsis adhæret,
ffit, nec quicquam vel adjicit vel detrah
vera ac genuina vocum significatione pau
ret, & hebraismum ex antecedentibus pe
fatis accurate respiciat, uti postea videbim
stam & accuratam singulorum verborum
nem instituemus, id quod vero temporis
etas B. Lutheri incidit, facile condonand

to. Exegesis enim tum non ea, quæ postmodum na-
 cta est, habebat adminicula & incrementa. Nec ar-
 bitror, quonquam fore, qui vitio mihi vertat, quod
 versionem B. Lutheri deseram. Multi & quidem pro-
 batisissimi Theologi jam ante me fuerunt, qui omni ad-
 hibito, erga B. Virum, honore, quem Ecclesia no-
 stra meritis ipsius debet, idem facere non erubue-
 runt. (b) Ipse quocumque B. hac in parte tam modeste
 & humane se ostendit, plane perfectum se judica-
 verit, sed emendationes aliorum,
 si fundate accipere. (c)

§. VII.

Dunkler Schriftstel-
 theoph. Alethæum
 mensium decus in

præfigitur: Schem
 fol. 135. ibi verba ejus
 nuste angreifen, und tadeln,
 Dollmetschung gefehlet hätte;
 Sanct annehmen, denn wie oft hat
 gefehlet, und ich sehe wie die 2 feinen Män-
 nus und Sebast. Münsterus haben studio in-
 voli, & diligentia inimitabili die Bibel verdolmets-
 chet, viel gutes damit gethan, aber die Rabbinen sind
 ihnen etwa zu mächtig, & in præfatione psalmis præ-
 fixa: Wer wil so vermessen sagen, daß er gleich, als
 wenn er Christus und der Heil. Geist wäre, kein Wort
 wolte gefehlet haben.

